320

Piotrasko Donatio

Coram officio et Actis praesentibus Castren. Capitanealibus Sochaczeviensibus personaliter comparentes Nobiles Gregorius olim Adami Piotrasko et Anna Zaleska Dni reformatoria mutuo coniuges ipsa quidem Anna cum eiusdem Mariti sui assistentia sani mente et corpore existentes palam publice ac libere recognoverunt. Quia Nobili Valentino olim Ambrosii Piotrasko et suis Successoribus bonorum in hereditate Piotraski consistentem in campo przy Zalesie quatuor sulcos a granicie Markowska ad viam Szczepierzna currens extendentem inter metas eiusdem Valentini et parietes iacentes In alio campo tres sulcos a drogi ad granicium Domanowska tendentes inter metas Nobilium Joannis et Pawli ex Anna et Joannis Zarecczyk iacentes cum pratis et omnibus ac singulis attinentiis et pertinentiis Nullis exceptis dederunt donaverunt inscripserunt et in perpetuum resignaverunt Cui iam ex nunc intromissionem realem cum pacifica possessione per Nobilem et Nobiles duos officii acceptandam dant et admittunt Paceque tuitionem et evictionem omnimodam. verum Inmissionem ab omni impedimento iuridico quarumvis personarum Impetitionibus et remotam. Omnes quaerentes Nobiles cavent tum et si in his Locis aliquid fundi per quempiam ademptum fuerit tunc in aliis Locis ibidem adimplere se cum Successoribus suis submittunt et inscribunt sub Damnis Comitus simplici taxandis et edicendis Et Coram officio praesentibus in primo Citationis Terminis peremptorie responsione omnibus iuris remediis se et suos Successores Obligantes absentibus.

Woynowie Markowskie Quietationes

Coram officio et Actis praesentibus personaliter comparens Nobilis Leonardus olim Gregorii Woyno Sanus mente et corpore existens palam ac libere recognovit. Quia sibi Nobilis Joannes olim Pauli Markowski Duodecim florenos Polon. debitos sibi per eum inscriptos anticipando tempus solutionis persolvit ideo ipsum quietat et inscriptionem cassat.

Coram officio et Actis praesentibus personaliter comparens Nobilis Adamus olim Gregorii Woyno Sanus mente et corpore existens palam ac libere recognovit. Quia sibi Nobilis Joannes olim Pauli Markowski Sex florenos Polon. debitos sibi per eum inscriptos anticipando tempus solutionis persolvit ideo ipsum quietat et inscriptionem cassat.

Zaleski Exemptio

Coram officio et Actis praesentibus personaliter comparens Nobilis Joannes olim Mathei Zapurski Sanus mente et corpore existens palam ac libere recognovit. Quia sibi Nobilis Clemens olim Stanislai Zaleski ex obligatione bonorum suorum in hereditate Zalesie Wolka sibi recognitorum per eum inscriptos Octo florenos Polon. persolvit ideo ipsum quietat inscriptionem cassat et de bonis ex nunc condescendit.

Wargech Bagienskie Donatio

Coram officio et Actis praesentibus Castren. Soran. personaliter comparens Nobilis Joannes olim Adami Bagienski Sanus mente et corpore existens palam ac libere recognovit. Quia Nobili Stephano olim Alberti Wargech de Bagienskie fratri et suis Successoribus bonorum in hereditate Bagienskie sitos In campo hyemali quinque sulcos a granicie Turzkowska ad parietem realem tendentes inter metas eiusdem Stephani Wargech et Nobilis Petri Bagienski fratris sui iacentes In alio campo quinque sulcos a metis transversali ad granicium Kwasnierowska tendentes inter metas Nobilis Petri fratris sui et haeredum Pauli Bagienski iacentes cum agris pratis sylvis et omnibus attinentiis et pertinentiis Nullis exceptis dedit donavit inscripsit et in perpetuum resignavit. Quorum bonorum certam partem ab obligationibus possessorum id Donatarius suis propriis pecuniis exemere sibi tenebitur. Cui iam ex nunc intromissionem realem cum pacifica possessione per Nobilem et Nobiles duos acceptandam dat et admittit Paceque